

Homilia prima. Sancti Gregorii episcopi Nyssensis in dominicam orationem. 1v p 3v k 2v m
Pater noster qui es in celis.

Doctrinam orationis diuinum uerbum nobis ostendit. quom suis discipulis.
5 qui orationis cognitionem habita diligentia inquirebant. qua deum attingere
possent. ex uerbis proposuisset orationis. Ego uero parum his uerbis aude-
rem addere. Non enim quo pacto deceat orare. hunc cetum docere oportet.
Sed omnino orare. quod nondum multi ferre didicerunt. Neglectum enim hoc
10 in humana uita est. contemptumque a multis sacrum diuinumque opus ora-
tionis. Itaque primum docendum pro uiribus censeo. quod oporteat omnino
instare orationi. ut diuinus Paulus refert. Deinde diuinam audire uocem.
que nobis suggerit. quo pacto debeamus orare. Video enim homines cete-
ris rebus magis uacare. et ad aliud potius suum quisque animum applicare.
15 quam id optimum | opus | uelle orationis exercere. Diluculo enim mercator 3r m
ad sua negocia perguit. et ante alios sue artis similes. rem suam emptoribus
contendit ostendere. ut quom ceteros preuenerit. suam rem carius uendat.
Ita et emptor agit. nam ne ab altero preuentus. re qua eget fraudetur. non
ad fanum. sed in forum omnibus uiribus currit. Et quom omnes lucrandi
20 accensi desiderio sint. et alter alterum superare contendat. tempus oratio-
nis a mortalium mentibus lapsum. deductum est. ad artem negociandi. Sic
enim opifices faciunt. | sic. qui litteris uacant. ita qui litigant. eo modo. qui 2r p
iudex est. Ad res enim quas quisque tractat. suum studium uertens. opus
orationis obliuioni traditum est. damno sibi fore existimans. si aliquantis-
per deo uacaret. Putat enim quisque diuinam opem sue arti fore inutilem.
25 Idcirco neglecta oratione. in suis manibus quisque suam spem ponit. haud
memor illius qui sibi manus donauit. Ita facit. et qui operam litteris dat.
Non enim animo uertit. qui rationem sibi attribuit. | sed si quemadmodum 4v k
se ipse in hanc produxisset | naturam. ita ad se respicit. et studio dumtaxat 3v m
litterarum uacat. nihilque posse sibi diuinam prodesse opem existimans. stu-
30 dium litterarum diuine anteponeit orationi. Hoc modo cetera humana studia.
ob rerum terrestrium curam. impediunt animum quo minus possint celes-

2 Homilia prima] *om. k m* 2 orationem] *add. Homilia prima k m* 4 diuinum uerbum]
diuinus sermo *k m* 13 potius] *om. m* 19 contendat] *contendit m* 23 damno] *damnum*
k 25 Idcirco] *idcirco k* 26 facit] *om. k* 27 enim] *add. eum m*

tia cogitare. Ob quam rem multa in humana uita uitia sunt. que semper additione crescunt. Eoque humanis implicantur conatibus. quo dei cunctos tenet obliuio. atque opus orationis. quod ad salutem hominum inuentum est. nihil rebus quibus student posse prodesse existimant. Mercaturam uero cupiditas sequitur. que idolorum seruitus est. Unde et agricola quom sua indigentia. agriculturam non metiatur. Sed plura semper studeat adipisci quam magnum sibi peccatum accumulatur rem suam alienis finibus cupiens ampliare. 5

5r k Ex quo immortales de finibus oriuntur contentiones. quom aduersus se eodem cupiditatis morbo detenti | insurgant. et alter alterum ob eam cupiditatem conantur crudeliter interimere. Eo modo et in iudiciis fieri solet. Nam quom multis se uariisque uiciis implicassent. innumera sibi adiumenta iniquitatis inueniunt. Iudex enim aut sponte lancem iusticie muneribus uertit. aut eorum calliditate. qui ueritatem peruertere solent circumuentus iniusticiam decernit. Sed cur enumerem singula. quibus peccatum uariis modis uitae hominum commisceatur? cuius quom causam animaduertam. nullam aliam profecto comperio. quam quod homines ad ea que student. diuinam opem negligunt implorare. Nam si procederet oratio rebus humanis. nunquam peccatum in animum nostrum ullum aditum inueniret. Memoria enim dei quom in nostris cordibus assidua sit. machine inimici nihil aduersus nos possunt. 10
2v p presertim si iusticia omnibus semper in rebus ambiguis interueniat. Cohibet oratio et agricolam ne peccet. | cum ager paruo labore fructus adeo cumulat 15
5v k latos reddat. ut nulla amplius peccandi | relinquatur uoluntas. Et qui iter etiam agit. quique in militiam mittitur. aud ad ducendam uxorem. aut quicquid gerendum statuerit. si oratione id gerit. secunda sibi cuncta succedant. 20
25

No

5 quom] cum k 6 metiatur] mentiatur m 9 ampliare] ampliari m 14 conantur] conentur k 17 decernit] descernit k 19 procederet] precederet k 21 inimici] om. k 0 succedant] succedent k

a